



Lectori Benevolo, Salutem!

Clarissimi Juris Consulti, Dn. Arnoldi Vinnii, Commentarium Academicum & Forensem, in Quatuor Libros Institutionum Imperialium, luculentum & singularem, sæpius luci publicæ donatum fuisse, neminem forsan latebit. Verùm & in editione quarta Amstelodami 1665. in majus Lectoris commodum, textui addita sunt argumenta sive summulæ. Quod quidem & observavit Editio Lugdunensis 1666. & addidit Auctoris notas, prout extant in Institutionibus ejusdem editis in duodecimo, attamen nonnulla in commentario, ab ipso Auctore posita sparsim omisit. Huic defectui remedium adhibere, non multi sunt anni, operam navavit *Socer meus, Johannes Hoffmannus, p. m.* cumque iisdem, si non pluribus verbis & contentis, haud unica vel altera vice, in Commentario obtineatur, quod antea in notis erat, crambem bis coctam apponere decli-

):(2

nans